



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

C. ueteri, sententia lata ad fauorem d. David q. S. Aloy. Bembo laudata remansit usque sub die 16. Octob. 1562. de suffrag. 22. quæ sententia lata fuit de iure. secundum tex. in liqui habebat. ff. de reb. dub. & Bal. in l. uoluntatis, in lect. antiqua. C. de fideicom. nu. 11.

REGULA LXIII.

1 Legatum factum per testatorem liberis, seu filiis suis, si comprehendat filios natos post mortem testatoris, tu tunc, q non. secundum Roma. consi. 231. nu. 1. 2. & 3. rationibus & iuribus, per eum adductis, & præsertim, quia non natos nulla cadit affectio. l. cum uir uxore. ff. de condit. & demonst. & ibi Soc ubi dicit, q conditio liberorum prolata a testatore in testamento intelligitur de liberis proferentis, & sic uerba quantuncunque generalia restringuntur, ex uerisimili mente testantis. Ita Soci, in l. nu. 2. nam si maritus haberet filios cum duabus mulieribus. utique legatum factum uxori in tempus liberorum intelligeretur de liberis susceptis ex se, & non ab uxore et alio matrimonio.

Fallit hæc regula nisi testator in testamento apponeret conditionem omnibus, quia tunc ex uerisimili mente testantis credibile, est uelle omnes beneficiare, propter conditionem omnibus, ut doct. in l. i. ff. de leg. i. & indefinita equipolet uniuersali. ut Bar. in l. pluribus. ff. de l. 2. & Soc. in l. nominatim nu. 2. ff. de lib. & posthu.

REGULA LXIII.

1 Legatum factum uxori per testatorem, donec ipsa steterit in domo cum filiis. An legatum per mortem filiorum sit & intelligatur esse extinctum. Tu conclude q sic & q uxor legatum petere nullo modo possit. per tex. in l. legatum. C. de condit. insert. Deci consi. 620. casus nu. 1. ratio quia conditio Morandi cum aliquo intelligitur eo uiuo, sed post eius mortem testator non censetur uoluisse conditionem apponere. Ideo dispositio remanet pura



simplex & sine conditione, Ratio rationis est, quia quatenus conditio nuptiarum pendet ex insidiis fortunæ. fortuna potest obesse, sed si pendet ex facto alterius. Alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet. Ita Bal. d. l. legatum. & l. i. C. de legatis.

- 1 Fallit hæc regula in causa alimentorum, quia conditio mixta deficiens per casum, non facit deficere legatum alimentorum. Ita Bal. in l. i. C. de legatis, quia causa alimentorum est causa pia per tex. in l. mella. ff. de alim. & cib. legat. ibi pietatis intuitu, q̄ not.

REGULA LXV.

- 1 Legata debentur uenientibus ab intestato, licet hereditas non fuerit adita. ut l. i. & l. fi. C. de codicil. Tiraquel. in tract. de pœnis causa. 22. nu. 29. & uide Bar. in l. qui filio. §. i. ff. de hered. insti. & Ias. in l. nemo n. 28. ff. de legat.
- 1 Amplia. ut etiam locum habeat, in amicis testatoris. Ita q̄ legata etiam ipsis debeantur, licet hereditas non fuerit adita, ita Tiraquel. d. causa nu. 29. alleg. gl. 1. ff. in l. eam quam in uers. traditur circa medium, ibi decimo propter pietatem, & affectionem. C. de fideicom. & ibi Bal. in rep. d. l. eam quam. & l. i. col. 14. nu. 78. uers. super 9. q. dicit præditus doctor. C. de sac. sanct. eccle.
- 2 Amplia. etiam ut si legata essent relicta in codicillis. Ita Ias. in l. fi. col. fi. C. de codicillis. ubi dicit q̄ libertas directo in codicillis dari non potest confirmatis in testamento licet secus ab intestato, ita Petr. Duennas regula 15. prima ampliat. fol. 17.
- 1 Fallit in relictis ad pias causas ex testamento, uel ab intestato, nam illa confirmatur morte testatoris. secundum Bar. in l. i. col. ii. C. de sac. sanct. eccle. & late March. Mathes. sing. 162. nu. 4. Castr. consi. 389. Boe. q. 4. nu. 3. quòd not.
- 2 Fallit etiam nisi aliter per statuta ciuitatis prouideatur. secus.